

Quomodo interpretatur euangelium comminationes et promissiones legales?

I. Aeternae maledictioni legis euangelium opponit praedicationem poenitentiae et promissionem vniuersalem et gratuitam de remissione peccatorum et de acceptatione coram Deo ad vitam aeternam propter Filium Dei mediatorem.

II. Sic et comminationes poenarum corporalium legi additae habent exceptionem ex euangilio de conuersione, qua impetratur aut liberatio aut mitigatio poenarum corporalium. 5

III. Omnes promissiones legales, etiamsi additam habent in lege conditionem integrae obedientiae, quae in hac vita a nemine praestari potest, tamen fiunt ratae et firmae creditibus in Filium me-[43:]diatorem iuxta Pauli dictum: „In Christo omnes promissiones sunt Amen.“<sup>75</sup>

---

<sup>75</sup> Vgl. II Kor 1,20.